

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Explanatio Septimi Psalmi Pœnitentialis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](#)

443

^{z. Pet. 2.} dicens: Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus, qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. Orat autem caput in hoc Psalmu pro membris, Christus pro Ecclesia, virtus pro infirmitate. Orat quippe ut non severè judicentur, sed misericorditer exaudiantur. Persequitur etiam hoc tempore schismaticus corpus Christi, impugnat hæreticus Ecclesiam, unitatem infidelis perturbat. Sed clamat ad Deum Ecclesia, capitì suo Christo in unitate spiritus conjuncta. Quæ eti omni tempore ad Deum clamat, præcipue tamen in tribulatione se ad orandum excitat, unde & dicit: In die tribulationis mea clamavi ad te. Sed videamus quid dicat.

EXPLANATIO SEPTIMI PSALMI
Penitentialis.

^{PSAL. CXIII.}
^{Ver. 1.}

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tua justitia.

^{z. Pet. 1. a} Sancta universalis Ecclesia secundum dignorem partem suum in spe caelestium præmiorum roborata, sicut in eleētis habet quod conservari desideret, ita in infirmis invenit quod sibi dimitti exoret: sciens omnes divino egere auxilio, quos infelici virtute conditio angustat, cum & justus inter pericula securus esse non valeat, & peccantem non nisi sola gratia divinae miserationis absolvat. Utrobius ergo pavida, utrobius suspecta, & pro currentibus orat ut perveniant, & pro regressis obsecrat ut currant. Inter orationem autem & obsecrationem hoc intereat, quod oratio pro perseverantia virtutum, obsecratio verò fit pro indulgentia peccatorum. Orat ergo caput vel Ecclesia, ut & bene operantes in justitia roborentur. In eo verò quod ait: [Auribus percipe obsecrationem meam,] delinquentum desiguar debilitatem, qui ad similitudinem ægrotantium quadam omnipotenti medici indigent condescensione, cum se non valeat ad eum peccator levare. Vel auribus percipe, id est, obsecrationibus intendere. Hoc namque per Prophetam pollicetur, dicens:

^{z. Cor. 1. a} Convertimini ad me, & ego convertar ad vos. Unde & subditur: [In veritate tua.] In hoc enim vera apparet promissio; quia converso tribuitur remissio peccatorum, juxta quod scriptum est: Injusticeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. [Exaudi me in tua justitia.] Qui gloriatur in se, non exauditur. Non exaudiuntur illi qui ignorantes Dei justitiam, & suam volentes statuere, justitia Dei non sunt subiecti. Denique Phariseus justitiam suam in templo statuere voluit, & ideo a Domino reprobatus fuit. Gloriemur ergo in justitia Dei, si exaudiuti querimus, ut nos cum Propheta dicere possimus: [Exaudi me in tua justitia.] Quis autem gloriatur in justitia Dei, nisi qui nihil boni suis meritis tribuit, & justum esse quidquid aduersi tolerat, sentit? Gloriabatur Paulus in infirmitatibus suis, nihil boni non accepti se habere testabatur, humilitatis nobis exempla proponens, us qui gloriatur, in Domini non gloriatur.

II. Et non intres in judicium cum servo tuo: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

^{z. Cor. 12.} Qui contra conditoris flagella murmurat, quasi cum eo in judicium intrat. Dei namque accusat judicium, qui se æstimat injuste percussum. Et quasi cum Deo in judicio contendit, qui inter flagella innocentem se ostendit. Hinc enim Dominus ad beatum Job loquitur, dicens: Numquid qui contendit cum Deo, tam facile conquiscit? Usque qui

A arguit Deum, debet & respondere illi. Tunc beatus Job quasi Deum arguit, cum de percussione sua an fuerit iusta dubitavit. Nullius quippe delicti sibi conscientis, in iustè se percussum credidit; quia merita sibi augeri ex percussione nescivit. Sed qui multa de operatione sua locutus, audita sanctorum vita tacuit, quasi cum Deo contendens facilè conquivit. Vel certè ille cum Deo in judicio ingreditur, qui cum oraverit, murmurat si non exauditur. Quibus dicitur: An vultis meam in iudicio contendere? Quasi enim iudicio contendebant, qui dicebant: Quare jejunavimus, & non aspergisti? humiliavimus animas nostras, & nescisti? Siquidem stultum est ab oratione deficere, si Deus differat, cum rogatur, exaudiere: & iniquum arguere conditorem, si effectus non sequitur orationem, præsertim cum quid oremus sicut oportet, nesciamus. Nonnullis quippe impatientibus Dominus quod petebant saepe concessit iratus: sicut contra Apostolum negavit propitius. Debet enim regem potestib[us] secundum desideria cordis eorum: dedit etiam postulanti diabolo, ut Job simplicem & rectum & timentem Deum tentaret. Malignus spiritus exaudivit, & in porcorum gregem daemonum concessit legionem intrare. Non igitur pro magno quis habeat si fuerit exauditus, cum aliquid petat quod non impetrare plus proficit. Quid si postulata non obtinet, non se abjectat, aut de divina erga se miseratione desperat, cum forte ea peteret, quibus acceptis vel affligatur atrocius, vel inutilius prosperetur. Scriptum quippe est: Averso parvolorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet eos. [Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.] Scio multos in conspectu hominum justos videri, & ad spem caelestium promissorum evectionis innocenter in mundo vivere: qui eti non delinquent in opere, labentur tamen aliquando vana aut perversa cogitatione. Cuius enim mentem cogitationes vanæ non laniant? cuius cor tentationes non vexant? cuius animus desideria carnis non turbant? Non ergo in conspectu Dei justificatur qui corde delinquit, quod intuetur Deus.

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam. III.

Quis sit generis humani inimicus, ostendit qui parabolam zizaniorum expones, ait: Inimicus animem diabolus est. Et Apostolus Petrus ait: Inimicus vestor diabolus tamquam leo rugiens circuit, querens quem devoret. Ipse enim est qui animas persequitur, qui mortem inferre perpetuam molitur. Ipse est, inquam, qui incertos decipit, & in via hujus vitae gradientibus laqueos tendit. Ideo Propheta ait: In via hac qua ambulabam, abscondunt laqueum mihi. Rursum de eo scriptum est: Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitas. Dum enim humanæ salutis invidens perdere innocentem appetit, prius ei aliquid quod libeat ostendit: quod dum appetere incertos nititur, occulto peccati mucrone transverberatur. Quasi ergo in terra pedica absconditur, dum in terrenis commodis peccatum occultatur. Decipula quoque ab antiquo hoste super semitam ponitur, cum in actione hujus mundi quam mens appetit, peccati laqueus paratur. Ita namque in terra decipula ponitur, ut exposta esca ipsa non videatur. Sic nimur sic antiquus hostis dum subruere aliquem cupit, quasi escam in decipula, lucrum in culpa ponit. Ad quod dum aviditatis amore viator inhiat, ex improviso eum peccati laqueus suffocat. Quis hujus hostis versatias non metuat, qui tanto est perniciosior, quanto occulter? Non enim quæ extra nos sunt auferre nituntur, sed diripere thelauros interiores conatur. Nulla sibi temporalium bonorum cupiditas, nulla divitiarum ambitione, nullum dignitatis desiderium: sola inte-

Hier. 1.
Ips. 8. a

Rom. 8. 2

Cor. 12.

1. Reg. 3.

Iob. 1. C

2. Mat. 8. 4

Præ. 1. 2

12.

1. Pet. 5.

1. Iob. 1. C

2. Mat. 8. 4

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

riora appetit, solas virtutes diripit, solam animam occidit. Quod si aliquando exteriora tetigerit, non ea auferat ut habeat, sed ut ea auferendo animam everat. Novimus quo modo multos quotidie fraudibus suis occupet, quo modo vestimentis gratiae exploret, deceptos virtutum privat ornatu, divitias opū defraudent, liboribus infuscat tētationū, vulnerib⁹ peccatorū transfigat. Hæc est nāq; perversitatis ejus intentio, ut omnibus noceat, omnes dejiciat. Denique quos in viis Dei ambulantes viderit, & in propoſito justitiae cognoverit fortiores, eos gravius persequitur, à statu rectitudinis subruere conatur. Ideoque ait: [*Persecutus est inimicus animam meam, humiliavit in terra vitam meam.*] Gravis persecutio. Qui cœperam amorem cœlestium terrena relinqueret, & contemptis divitiis familiaribus, in cœlis conversari, jam impulsione diabolica cogor summa & æterna desplicere, & de mundi hujus providentia incerta cogitare. Terrenarum rērum curis aggravor: carnalium voluntarium captus illecebrius, ad mea deducor. Deprimit enim terrena habitatio sensum multa cogitant. [*Humiliavit in terra vitam meam.*] Qui contemptis cœlestibus, ad ima solummodo appetenda deducitur ejus vita in terra humiliatur. Unde fit, ut eō morti fiat proximus, quod à Deo factus est per dissimilitudinem longinquus. Hinc namque 1. Tim. Apostolus ait: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, que mergunt homines in interium.* Unde & aptè subditur:

IV. *Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.*

Quid infelius? Vivebam olim Deo, mortuus seculo: nunc contrario mortuus Deo, mundo vivo. Quid est enim peccatum, nisi mors? Hinc etenim scriptum est: *Non est in morte qui memor sit tui.* Et iterum: *Intravit mors per fenestras nostras.* Mors namque est quæ animam à Deo separat, sensuum internorum intercludit officia, divinam deturpat imaginem, lucis adimit claritatem. Denique qui Christo moritur, in sepulcro conscientia tumultatur, ligatur concupiscentiarum institis, à conspectu Dei projicitur, durtit operitur, lapide iniqtutatis intus clauditur. De talibus scriptum est: *Prodit quasi ex adipe iniquitas eorum.* Hos tamen aliquando resuscitat Jesus, & sublato impenitidinis lapide, à tenebris ad lucem revocat. Et cum pro eis Ecclesia intercesserit, per ministerium eos sacerdotum absolvit. Venit ipse ad monumentum, ad lacrymas Ecclesie commovetur: jubet ut ad justitiam resurgat, qui pridem in iniquitate jacuerat. Tantummodo opus est ut per confessionem foras veniat, sentiat cordis dolorem, timeat iudicium Dei, ab iniquitate recedat. Habet etiam in hoc Prophetæ documentum, nam subditur: [*Anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.*] Pœnitentis viri spiritus anxiatus, cum superna desiderans, carnis corruptione deprimitur. Cum enim terrena labi pondere prægravatus, luctu ad altiora nititur, E ipso suo conamine fatigatus lassatur. Sed eō enīxius superiora desiderat, quod verius sarcinam agnoscit quam portat. Turbatur vero cor peccatoris in recordatione peccati, cum primum coperit seipsum cognoscere, & quam longe à Deo recesserit cogitare. Nec vacat quod addidit, [*In me.*] Quasi enim extra se fuerat, qui spretis salubribus & æternis, de noxiis & temporalibus cogitabat: qui ægritudinis suæ molestias non sentiebat: qui se videre cum cœcus esset, putabat. Sed eō in se rediit, quod seipsum qualis fuerat recognovit. Scriptum namque est: *Redi te prævaricatores ad cor.* Sed de filio prodigo narravit Dominus, quia cum distractis & profusi pater-

A nis bonis, vite cœlestis alimento egeret, in se reverſus sit. Non enim in se reverteretur, nisi à se prius exiſset. Ideoque & pater ejus ait: *Hic filius meus tbi. moriens fuerat, & revixit: perierat, & inverns est.* Si ergo à patre, à quo per inobedientiam discesseras, inventiri desideras, & deliciose in domo illius epulari, ad teipsum statim revertere, & discussis actibus tuis, unde excideris recordare; ut eō magis movearis ad pœnitentiam, quod incipies cognoscere quod amiseris, & perdere quod inveneris. Sequitur.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar. V.

B Felices antiqui dies, nihil tenebrarum, nihil caliginis præferentes. Quas divinitatis illustrabat præsencia, securitatis purgabat serenitas, lætitia immitas decorabat. Dies gaudiorum & luminis, dies virtutum & pacis, dies deliciarum & suavitatis: quos non perturbabat mœror, non infestabat angustia, non obumbrabat infirmitas. Hos dies in paradiſo habui anima antequam à statu rectitudinis per culpam caderet prævaricationis: sed eosdem tunc infeliciter perdidit, cum præcepta conditoris servare contempſit. Potest quoque intelligi per antiquos dies, primorum parentum transgressio, per quam oculos eorum apertos testatur scripture. Vel etiam *Gen. 3. b* illecebrosa istius mundi prosperitas, fraudulenta quadam amœnitate stultis atridens, cui maledicit

C iustus, dicens: *Pereat dies in qua natus sum. Sancti 10b. 3. & etenim viri mundi hujus prospera magis quam adversa metuentes, in ipsis successibus suis seipsoſ discutunt, & quam cito transeat mundana felicitas fumus attendunt, revolventes quod scriptum est: In die malorum ne immemoris sis bonorum. Si quem verò in mundo prosperari viderint, & in gloria divitiarum suarum exultare; non culmen dignitatis ejus considerant, sed finem illius mente pertractant: ut tanto obtinuisse vera bona considerent, quanto apertius bona non esse quæ transeunt vident. Hinc namque Job dicit: Ego vidi fulsum firmaradice, & maleficiū ledixi pulchritudini ejus statim. Qui enim in multitudine divitiarum suarum confidit, quasi in terra radicem firmavit. Sed vir sanctus ejus maledicit pulchritudini, cum illius derogat prosperitati. [*Meditatus sum in omnibus operibus tuis.*] Qui mundi hujus divitias fallaces esse agnoverit, & amore cœlestium contempserit terrena, meditatur in operibus bonis, quæ vita hac transeunte permaneant, & æternae vita præmia ferant. Neque enim tempore utiliter vivitur, nisi ad comparandum meritum quo in æternitate vivatur. Sequitur: [*Et in factis manuum tuarum meditabar.*] Loquitur Propheta ad Deum: *Opera manuum tuarum sunt celi.* Et alibi: *Celi enarrant gloriam Dei.* Illi sunt celi, qui enarrant gloriam Dei: qui opus manuum Dei dicuntur, quia divinam in se non deformant imaginem, charismatum non excludunt dona, anima speciem non demoluntur. Qui nihil boni fibi, sed totum gratiae Dei tribuant, scientes se nihil habere quod non accepert. Hoc enim operatus est in eis, qui vasa misericordia fecit eos, qui illos ante mundi constitutioñem in seipso elegit, ut in se non glorientur, nec *Eph. 1. a* altum sapiant, sed timeant, nec dicant in abundantia sua, Non movebor in æternum. In his meditabitur, qui de Babylone reversus, exempla eorum fibi ad imitandum proponens, ne deceptus conversatione eorum qui terrena sapiunt, in eadem quæ dimisera relabatur, & fieri deterior erroris confusio, si post acceptum aratum ceperit retro apicere, aut *Luc. 9. g* ad tollendam tunicam in domum remeare. Eorum itaque exemplo se ad bene operandum excitat, & cum eis absens corpore, mente conversatur. Glo-*

riam ergo beatitudinis aeternae quam receperunt, aut recepturi sunt, attendit; ut eodum magis ad opus bonum animetur, quod cœperit agnoscere quod egerunt, & sperare quod acceperunt.

VI. *Expandi manus meas ad te: anima mea si-
c ut terra sine aqua tibi.*

Non sufficit bene velle, nisi sequatur & facere. Ideo qui in operibus bonis meditatum se dixerat, & in meditatione laudis sanctorum immoratum, secutus adjunxit: [*Expandim manus meas ad te.*] Hinc
Tbr. 3. c namque Propheta nos admonet, dicens: *Levemus corda nostra cum manibus ad Deum.* Quid est manus ad Deum expandere, nisi operationem ad omnipotentem levare? Denique illi manus suas contrahit, qui indigentibus nihil tribuit, qui vocem pauperis non exaudit. Hinc quidam sapiens admonet, dicens: *Non sit manus tua ad dandum contracta, & ad accipiendo perrecta.* Docuit ille manus expandere, qui dixit: *Date eleemosynam, & erce omnia mundia sunt vobis.* Et Propheta testatur, dicens: *In die tribulationis mea Deum exquisivi manibus meis.* Quid est enim manibus Deum exquirere, nisi operibus sanctis Salvatorem invocare? Nec otiosè additum est, [*Ad te:*] quia sunt plerique qui in eo quod bene agunt, laudati ab hominibus appetunt. Hi manus suas ad Deum non expandunt, quia per opera sanctitatis non Deum, sed mundi gloriam querunt.
Ecccl. 4. d
Luc. 11. a
Pf. 75.
Mat. 5. a
ibid.
Mat. 25.
a
1. Cor. 1. c
De talibus dicit Dominus: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Expandamus ergo manus nostras ad Deum, ne justitiam nostram faciamus coram hominibus: nec cum fatui virginibus lampades vacuas accipiamus; sed in vasis nostris oleum sumentes, venienti sponso occurramus, ut dicere cum Apostolo possimus: *Gloria nostra haec est testimonium conscientia nostra.* [*Animamea sicut terra sine aqua tibi.*] Hoc est propter quod magis timoratus quisque se ad bene operandum excitat, si se non extollat de meritis, si in se superbiam humana presumptionis extinguat, si nihil se esse repudiet, si virtutis incrementum a conditore expectet. Ideoque ait: [*Animamea sicut terra sine aqua tibi.*] Quasi enim terra sine aqua, est anima sine gratia. Sicut enim terra que imbre non perfunditur, non vestitur herbis, non venustatur floribus, non abundat messe: sic anima grata carens non operatur virtutibus, non cogitat de celestibus, non insistit utilibus. Vitiato namque in primo parente libero arbitrio, jam nec velle quidem bonum possumus, nisi illius gratia adjuvemur, apud quem gressus hominis diriguntur. Scriptum quippe est: *Preparatur voluntas a Deo.*
Pro. 8. d
Ioan. 15. e mino. Et Dominus discipulis ait: *Non vos me elegi, sed ego elegi vos.* Et Apostolus: *Deus est, inquit, qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate.* Et iterum: *Graia Dei salvi estis per fidem.* Si ergo fidem sine gratia Dei nemo habet, quis se facere fructum astmet sine adjutorio illius qui ait: *Posuit vos ut eatis, & fructum afferatis.* & fructus vester maneat? Quicumque enim plantae aut riget; incasum vox correptionis exterius perserpet, nisi ille incrementum dederit, sine quo nihil possumus facere.
Eph. 2. b
2. Cor. 1. b
John. 15. c
1. Cor. 1. b

VII. *Velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus.*

Non incongruè à quodam sapiente dictum est: *Cupiditati ipsa celeritas tarda est.* Parum enim est desideranti justificationes Dei ut exaudiatur, nisi etiam velociter exaudiatur. Addit etiam causam, quare exaudiri debeat, quasi insinuat jam spiritum non habeat, qui spem suam omnino in Deo ponit. Dicendo enim: [*Defecit spiritus meus,*] pauperem spiritu se esse testatur, & de seipso non

A præsumere, sed sacrificium Deo spiritum contribu-
latum offere. Agnoscit hoc etiam se ex gratia Dei
habere quod humiliatus est, confidens se ejus auxi-
lio erigendum, cuius gravá se sentit elisum. Hinc
namque Propheta Dominum exorans, ait : Aufe- ^{ps. 101.}
res spiritum eorum, & deficient, & in pulvrem
suum revertentur : emittis spiritum tuum, & crea-
buntur. Non enim receptaculum spiritus Dei quis-
quam efficitur, nisi spiritu suo primitus evacuetur.
Nam nec requiescit spiritus Dei nisi super humili-
& quietum, & trementem sermones Dei. Denique ^{1/4, 66.}
qui tremit, deficit. Hinc Propheta ait : Defecit in ^{ps. 111.}
salutari tuo anima mea. Nisi enim quis à semetipso
deficiat, ad eum qui supra ipsum est, non appro-
pinquat. Hinc de regina Saba scriptum est, quod ^{3. Reg.}
^{10. 4.} auditá sapientiā Salomonis, & visis ministris domus
ejus, non habebat ultrá spiritum : quia electorum
Ecclesia de Gentibus congregata, cognita Christi
gratia, & Evangelicæ doctrina inventis magistris,
abjecto imperio spiritu, omnime elationis factu
deposito, didicit de se ipsa diffidere, & in Regis
sui misericordia magna sperare.

*Non avertas faciem tuam à me, & similis VIII.
ero descenditibus in lacum.*

Solent domini irati ab his quibus offensi sunt servis oculos avertere, & si quando illi pro gratia suppli- caverint, in partem aliam faciem declinare. Et quia recte eos intuitu conspicere nequeunt, animorum suorum motus in ipso corporis habitu ostendunt. Dens quoque idem delinqüentibus avertitur: quia turpitudinem eorum sereno vultu inspicere dedignatur. Sed qui abjicit delinqüentem, convertitur ad pœnitentem, vocat etiam aversos, donat peccata conversis, horratur pigros, consolatur afflictos, docet studiosos, adjuvatur dimicantes, confirmat laborantes, exaudit corde clamantes. Ipse namque per Prophetam dicit: *Convertiscini ad me, & ego*^{Zacharia} *convertar ad vos.* Sed quia converti ad eum sine ipso non possumus, quotidie cum Propheta clamemus: *[N]e avarias faciem tuam à me, & similes ero descendenteribus in lacum.*] Avertente Domino faciem, peccator in lacum descendit; quia nisi illum Deus misericorditer respexerit, post multa perpetrata sceleria in desperationis foveam cadit. Nam & Petrus amare non flexisset, nisi eum Dominus respexit. Est enim pœnitentia unum de perfectis donis descendenteribus à Patre luminum. Nisi ergo benigna Dei misericordia mentem hominis illuminaverit, impossibile est ei in novam naturam mutari, cùm scriptum sit: *N*on potest à se facere quidquam, nisi ^{Luc. 17. 4.} *datum fuerit desuper.* Et Apostolus: *Fiduciām, in-*^a *quit, talem habemus per Christum ad Deum, non* *quid sufficiens simus cogitare aliquid à nobis qua-*^b *si ex nobis, sed sufficiens nostra ex Deo est.* Si ergo nec cogitare aliquid à nobis sufficiamus, quomodo sine respectu misericordiae Dei pœnitentiam agemus? Sunt enim tenebrae ubi Christus non respicit, ubi lux illa vera non ingreditur; quæ sic luet in te-nebris, ut tamen non comprehendatur à tenebris. Ideoque Propheta Dominum exorans dicebat: *Fa-*^c *ps. 11.* *cien tuam illumina super seruum tuum.* Quid est au-

E clem tuam illuminata super seruum tuum. Quid est autem facies Dei, nisi quædam claritas cognitionis ejus? Hanc cognitionis ejus claritatem non vident, qui misericordiam ipsius ignorant, qui de peccato-rum suorum venia desperant. Illi denique in lacum descendant, ubi lumen non videant misericordie, intentionem cordis non dirigant ad celos, carnis satisfacient desiderii, Deum contemnant, sicut scriptum est: Peccator cum in profundum venerit, prov. 8 contemnit. De talibus per Amos prophetam Dominus intonat, dicens: Si calaverint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpentem, & mordebit eos. Quid est enim calari in profundo maris,

nisi in altitudine delitescere desperationis? Caelat
verò se, qui non confiterur peccata sua. Non confi-
tetur autem, qui desperat de misericordia Dei. Vel
certè ille se ab oculis Dei celat, qui à mandatis ejus
avertitur. Oculi enim Domini, spiritus Dei, qui
legem, id est, manda dedit. Qui ergo se ab oculis
Dei in profundo desperationis celaverint, potesta-
tem accipit diabolus ut eos mordeat, & in ventrem
eos sua malitia inducat. Ipse est enim serpens, cui
dicitur est: *Terram comedes omnibus diebus vita-
tua.*

IX. *Auditam fac mibi mane misericordiam
tuam: quia in te speravi.*

Quid est mane, nisi sequentis diei initium? Quæ
autem dies, nisi illa de qua Propheta dicit: *Melior
est dies una in ariis iuis super milia?* Et Apostolus:
Nox, inquit, precessit, dies autem approxinavit.
*abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur ar-
matu[m]: sicut in die honeste ambulamus.* Illa est enim
dies, quam verus ille sol illuminat qui nescit occa-
sum, quem non obtenebrat nubes, non obscurat ne-
bula, non obumbrat turbo. Quæ rectè una dicitur;
quia nullius finis termino angustatur. In hac quippe
vita diem non habemus, in qua per fidem, non per
speciem ambulamus. In qua cœcitat[is] nostra pati-
mur tenebras, & erroris humani desflemus calig-
inem. In qua affluidis m[er]goris & angustiae premimur
nebulis, & per devia trahimur, quasi captivi lumen
sapientiae non habentes, & in cogitationibus nostris
evanescentes. Cùm autem Christus apparuerit vita
nostra, & revelata facie Deum videre cœperimus,
tunc omnis effugiet caligo tenebrarum, omnis eva-
nescet ignorantiae fumus, omnis dissipabitur tenta-
tionis nebula: quia & corruptibile hoc induet in-
corruptionem, & mortale hoc induet immortalita-
tem. Illa erit claritatis & lucis dies, quam electis
omnibus præparavit, qui eripuit nos de potestate te-
nebrarum, & translit[er]at in regnum filij dilectionis
sue. Hujus diei mane est futura resurrec[t]io, juxta
quod scriptum est: *Mane adstab[us] tibi & videbo,*
*quoniam non Deus volens iniquitatem tu es, neque
habitabit juxta te malignus.* Et iterum: *Bonum est
confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime,*
ad annunciatum mane misericordiam tuam. In ea
quippe justorum luceſſet felicitas, apparebit gloria,
videbitur exultatio; ubi abſerget Deus omnem la-
Mat. 13 f cryman ab oculis sanctorum; ubi novissima de-
structio mors; ubi iusti fulgebunt sicut sol in regno
Patri corum. In illo autem mane auditam faciet
Dominus misericordiam suam, cùm segregat iu-
stis ab impiis, ovibus scilicet ab h[ab]erd[is], dicet his
qui à dextris ejus erunt: *Venite benedicti Patri mei,*
*percipire regnum quod vobis paratum est ab origine
mundi.* Ibi nota fiet misericordia Dei, quam in pra-
fensi vita mens humana capere non potest. Præpara-
vit enim Dominus diligentibus se, quod oculus non
vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascen-
dit. Ideo qui per bonam conversationem à gratia
Dei venientem, ad desiderium aeternæ vite erigitur,
dicit: *[Auditam fac mibi mane misericordiam tuam.]* E
scilicet aeternam, *Misericordia enim Domini ab a-
eterno usque in eternum super timentes eum.* Quod si illa
sanctorum felicitas misericordia est, & non meritis
acquiritur, ubi erit quod scriptum est: *Et tu reddes
unicuique secundum opera sua?* Si secundum opera
redditur, quomodo misericordia estimabitur? Sed
aliud est secundum opera reddere, & aliud propter
ipsa opera reddere. In eo enim quod secundum ope-
ra dicitur, ipsa operum qualitas intelligitur, ut cui-
jus apparuerint bona opera, ejus sit & retributio
gloriola. Illi namque beatæ vite in qua cum Deo &
de Deo vivitur nullus potest aquari labor, nulla
opera comparari, præsertim cum Apostolus dicat:

S. Greg. Tom. III.

A *Non sunt condigna passiones huius temporis ad futu- Rom. 8. d
ram gloriam, qua revelabitur in nobis.* Quamquam
& ex hoc quoque misericordia jure possit nominari:
quia pro illis operibus datur, qua sine preventu
misericordia Dei nemo assequitur. Unde in Psalmis
dicitur: *Deus meus, misericordia ejus preuenet me.* Ps. 8.
Nisi enim vafa ira fecisset vasa misericordia, nemini
ab illa perditionis mappa conversatio sancta dis-
cerneret, neminem à pena perpetua mortis iustitia
propria liberaret. Constat ergo quia quibus miseri-
corditer tribuit ut in hac vita bene operentur, eis
misericordius largitur ut in æterna beatitudine cen-
tuplicato fructu remunerentur. Hæc est gratia, quam
pro gratia dandam sanctis Dei Apostolus perhibet,
ut quibus in hac vita divinitus datur gratia sanctifi-
cationis, eis ex hac quoque in futuro detur gratia
æterna felicitatis. Quod verò ait, [*Quia in te spe-
ravi.*] quasi causa est justæ petitionis: quia cum
spem suam quis in Deo posuerit, ad exorandum
Deum confidentior erit. Dixerat quoque superius:
[*Defecit spiritus meus;*] nunc verò in Deo sperare
se dicit. In quo majoribus usus confidentia reme-
diis, spei nostræ saluberrimum adhibet documentum,
ut discamus parum esse quid à nobis defici-
mus, nisi nos transcendentes, in Deo proficiamus.

*Notam fac mibi viam, in qua ambulem: X.
quia ad te levavi animam meam.*

Quis est qui pervenire possit ad audiendam mane
vozem misericordia, nisi ambulaverit in via iustitiae?
Hinc Propheta Dominum exorans, ait: *Viam iusti- Ps. 1. 5.
ficationum tuarum instrue me.* Et illud: *Dirige me in Ps. 26.
semitem rectam propter inimicos meos.* Et, *Dirige in Ps. 5.
confelix tuo viam meam.* Sciebat enim viam eccl Prov. 14.
quæ recte videtur hominibus, cuius novissima ad
mortem ducunt. Ideoque ait: [*Nonam fac mibi
viam, in qua ambulem: quia ad te levavi animam
meam*] Vide ordinem. Primum est ut à te ipso defi-
cias, nec super te causâ jaſtantia rapiaris, sed omni-
bus inferiorem te sentias, & sic in te spiritum su-
perbie extingas. Non te generis nobilitas extollat,
non erigat honor, non inflet prudentia. Qui enim
confidit in homine, maledicto subjecet. Deinde se-
quitur ut in Deo sp[iritu]es; ut derelictus (juxta Proph- Hier. 17.
etam) à patre & matre, afflamaris à Domino, & ejus Ps. 26.
præsidio guberneriis inter fluctus mundanæ tenta-
tionis. Postremò ut animam ipsam leves ad Deum,
& omni vanitate expulsa, in caelestibus converseris;
ubi deliciarum Dei reficiaris dulcedine, & visionis
ejus perfruaris claritate. Non tibi subrepat terrena-
rum delectatio cupiditatem, non vanitatum phan-
tasma mentem occupent, quæ cùm animum in
diversa traxerint, tantam inducunt caliginem ne-
gligentie, & cœcitat[is] tenebras oppoant, ut cùm
appetere cœperit infima, nullatenus erigatur ad
summa. Si amore caelestium accensus fueris, & per
istos ascenderis humilitatis gradus, poteris & tu di-
cere cum Propheta: *Ad te Domine levavi animam Ps. 2. 4. 4.
meam.* Beatus qui hoc potest dicere. Beatus planè
quem iniquitas non onerat, non revocat delectatio,
non inclinat voluptas, quem non gravat cupiditas,
non deprimit opulentia, non trahit ambitio, sicut
scriptum est: *Beatus vir cuius est auxilium abs te,* Ps. 83.
ascensiones in corde suo dispositus.

*Eripe me de inimicis meis Domine, ad te XI
confugi: doce me facere voluntatem tuam,
quia Deus meus es tu.*

Qui in via ambulat, insidias metuit, hostium ti-
met incursus, prædonum impetus perhorrescit. Ideo
qui viam noſſe salutis desiderat, ut etiam ab inimi-
cis eripiatur exorat. Novit quia inter inimicos gra-
ditur, in medio laqueorum, undique pericula im- Ff

minent, undique ponuntur insidia, undique incauti precipitantur. Adversarius enim noster diabolus tamquam leo rugiens circuit, querens quem devoret.

1. Pet. 5.

c.

2. Cor. 11.

c.

Eph. 6.6

c.

Ps. 49.

c.

Ps. 123.

c.

Ibid.

c.

1. Ioan. 2.

c.

Rom. 12.

c.

Luc. 15.

c.

Occupat incautos, inermes sauciat, incautos expoliat. Alios necat, alios captivat, alios suffocat. Aliquando transfiguratur in angelum lucis, &

incauta mente quædam agenda bona proponit: ut dum a proposito tentatus deciderit, & tentationum ventis velut arundo cœperit agitari, faciliter ad delecti inducatur consenserit. Inserit inutiles cogitationes, vana adhibet desideria, virtutum figura depingit. Si quem verò invenerit fortiorem, in bono proposito perseverantem, cum acrius persequitur, & gravioribus admotis tentationum aculeis, extinguere conatur. Habet quoque secum nequitia ministros, duces & satellites suos, cum quibus aduersus humanam fragilitatem congreditur; ut ea tantò facilius supererit, quanto non ab uno, sed à multis impugnatur. Contra hunc potentem adversarium ejusque plurimos apparatus nos instruebat

Paulus, cùm diceret: *Nor est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus mundi re-*

tores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitia in cœlestib[us]. Quis tot inimicorum ceteras evadere, eorumque insidias investigare potest? Non gravantur carne, nullis occupantur curis, sed sunt ad nocendum parati. Quis hominum aduersus eos dimicans illæsus abire potest; nisi auxilio divinae gratiae vallatus fuerit, & scuto bone voluntatis ejus coronatus? Etiam si bona operationis studio floreat, si lumine pollet virtutum; non poterit inimici ruginis superare nequitiam, nec potestis iniquæ reprimere vires, nisi illius fuerit fretus præsidio, qui sic manet in nobis, ut etiam pugnet pro nobis. Restat ergo ut in omnibus divinae gratiae auxilium postulemus, & ad illud inexpugnabile occurramus semper refugium, in quo nullius hostis timeamus incursum. Ad illud nempe refugium confugerat qui dicebat: [*Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi.*] Et alibi: *Domine refugium factus es nobis.* Notandum verò quia non ait, protege me, sed eripe me, quasi dicat: Jam me fraudum suarum laqueis implicat, jam deceptionum astringunt nodis, jam retribut iniquitatim involvunt. Quis autem ad eripiendum idoneus, nisi ille, cui cum Propheta cantamus: *Anima nostra sicu passer erupta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus?* Et ne quis sibi placens de eceptione sua gloriatur, adjunctum est: *Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit celum & terram.* Ambulantes itaque in via hac in qua absconderunt laqueos nobis, totis ad Deum medullis cordis clamemus: *Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.* Justum est ut Deo suo omnis homo serviat, creatura obediatur creatori, Domini sui mandata servus non transgredatur. Contendat Christiana anima facere voluntatem Dei sui, agnoscat creatorem suum, audiat vocem ejus, dirigit viam ejus, obediatur præceptis ejus. Oret ut doceatur, postulet ut dirigatur, supplicet ut confirmetur. Hoc quippe sine auxilio divinae inspirationis assenti nemo potest, sed in omnibus divina nobis est exoranda clementia: ut infuso cordibus nostris spiritu, cuius unitio docet nos de omnibus, discamus quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta.

XII. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine vivificabis me in equitate tua.*

Qui à spiritu suo defecit, à spiritu Dei deducitur. Dixerat autem superioris, suum spiritum defecisse. Constat itaque quia ad malum eum suus spiritus deduxerat. Et fortasse deduxerat eum in regionem lon-

ginquam, in qua substantiam suam dissipasset, in qua famæ esset verbi Dei, in qua uni civium, vide-
loian. 14.

licet diabolo, qui princeps est mundi hujus nuncupatus, adhærens, ad porcos mitteretur pascendos: ubi pororum cibis ventrem suum cupere implere, id est, malignorum spirituum suggestionibus carni sua satisfacere. Jam verò male spiritu deficientes, à

Dei bono assumptus, in terram rectam speret introduci: que tribulos non germinet & spinas, nec deserta sit, vel invia, vel inaqua; sed centenis exuberet fructibus, & deliciis abundet æternis. *Qui Rom. 3.*

*enim spiritu Dei aguntur, hi juxta Apostoli vocem, filii Dei sunt. Si autem filii, & heredes: si here-
des, hereditatem possidentes. Quia autem here-
ditas, nisi terra viventium?* Hinc namque Propheta

*ait: Mansueti hereditabunt terram, & delectabuntur *ps. 36. 1.* in multitudine pacis. Hinc rursus ait: Benedicentes *Ibid.* ei, hereditabunt terram. Et ne quis crederet terram illam, quæ transfigura est, benedicentibus & man-
suetis hereditatem promitti, subjunxit atque ait:*

*Inibi autem hereditabunt terram, & inhabitabunt in faculum facili super eam. Et: Novit Dominus dies *Ibid.* immaculorum, & hereditas eorum in aeternum erit.*

Si ergo hereditas filiorum est, & illi sunt filii Dei, qui aguntur spiritu Dei, cùm hereditas terra viventium sit, qui spiritu Dei illuminantur, in terram rectam deducuntur. Ad quam quicumque deducitur, in multitudine pacis delectatur. Hanc pacis multi-

*tudinem Dominus per Prophetam pollicetur, di-
cens: Dabo illis solatium verum, pacem super pa-
cem. Super pacem enim quam dilectis suis in hac vi-
ta tribuit, in aeterna felicitate aliam divina misera-
tio dabit; ut jam caro non repugnet spiritui, nec
aliqua illius tentationis subrepatur occasio, omnibus
jam compositis: ut reformatæ in melius humanâ na-
turâ, nemo jam cadere, nemo possit peccare. Hac*

*est pax Christi, quam Apostolis ipse promisit, di-
cens: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. *Ioan. 14.**

*In quo notandum, quia cùm bis eis suam pacem pro-
misit, intelligamus sanctos Dei quamdam in hac vi-
ta pacem habere, sed veram perfectamque pacem
ibi solummodo inventuros, ubi eos jam nulla vana*

*movebit cogitatio, nulla turbabit illusio, cùm cri-
puerit Deus animas eorum de morte, oculos eorum
à lacrymis, pedes eorum à lapsu. Hanc pacem Chri-
stus solus habuit, quia solus inter mortuos liber,
peccati aculeum in corde non sensit. Nos verò quan-
diu corruptibili carne premimur, & corporis innu-
ctum nodis, integræ illius perfectæque pacis ignari
vanè conturbamur, irrepentibus nobis terrena-
rum illecebris cupidatum, & cogitationibus vanis,*

*quæ frequenter quasi facto agmine ex improviso
erumpentes, mentem confundunt, atque aliò quām
proposuerimus, animum trahunt. Non enim in po-
testate nostra est cor nostrum: non ad Deum secundum
voluntatem nostram erigitur: deducitur ad*

*ima, trahitur ad devia. Si ergo in terram rectam
cupimus ingredi, à spiritu Dei bono optemus deduci.
[Proprie[n] nomen tuum, Domine, vivificabis me in
equitate tua.] Non vivit justitia, nisi qui moritur
iniquitati. Sicut autem quod seminavimus non vivi-
ficatur, nisi moriatur prius: sic qui mundo & con-
cupiscientiæ ejus non moritur, in fructu bonorum
operum non multiplicatur. Superest ergo ut morti-*

*ficiemus membra nostra quæ sunt super terram, qua-
tenus vivificet nos auctor vita. Ad hoc enim ipse
mortuus est, & resurrexit, ut nos peccatis mortui,
*1. Pet. 2.**

*justitia vivamus. Hinc Propheta dicit: Vivificabis *Osee. 6.**

*nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos. Illa
nempe resurrectio, nostra vita fuit, per quam à mor-
te animæ liberati sumus, atque vita restituti perpe-
tuæ. Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & re-
surrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum,*

*adducet cum eo. Vides quia qui Christo commori-
tur, cum eo conviviscatur, sicut testatur Apostolus,*

Rom. 6. 4 dicens: *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrectionis erimus.* Plus est autem vivificari in æquitate, quam vivificari æquitati. Denique qui in æquitate vivificatur, in ipsam æquitatem introducitur, ut nihil iniquum sapiat, nihil impium agat. Potest etiam per æquitatem ipse Christus intelligi, in quo vivificatur qui mundo moritur. Denique corpore suo & sanguine pœnitentia & vivificatur, alimur & saginamur. Nec otioso additur: [*Propter nomen tuum.*] Ad omne enim bonum quod agimus, non nostram, sed Domini gloriam quærimus. In eo namque opus bonum Deo acceptum efficitur, si ex virtute operis non servi, sed Domini nomen glorificetur.

XIII. *Educes de tribulatione animam meam: & in misericordia tua disperdes inimicos meos.*

B Inter multiplices humanæ animæ tribulationes, & innumerabiles afflictionum molestias, nulla est major afflictio, quam conscientia delictorum. Cum enim externus patitur homo, ad Deum configit, ad virum fortitudinis recurrit. Singulare namque & saluberrimum est consolationis remedium, tribulationes exterius patienti: ut si eum contristat orbitas, si angit paupertas, si venit infirmitas, recedat ab eo qui foris est strepitus, & ingressus in interiora mentis penetralia, ibi Deum invocet, ubi nemo videt. Restat quoque ut ostium cordis contra illatas claudat molestias; ut saevientium exteriū non sentiat impetus, sed in spe caelestium promissorum exultans postponat damna, molestias negligat, saeculi blandimenta contemnat, humiliet in confessione peccati, magnificet & laudet Deum corripientem & consolantem. Quod si male conscientiae tribulationem perferens, in arcano cordis Deum non invenit, quoniam forte recessit ab hospitio cordis pro abundantia iniquitatis, quid facturus est homo? ubi consolationem inveniet? ubi requiem perquireret? Grandis tribulatio, ubi nullus evadendi aditus, ubi nulla libertatis spes, ubi nulla cryptocynis fiducia. Si ad exteriora recurrit, si in transitorii consolationem quiesceret, ibi animi afflictio urget, sollicitudinum stimulabit calamitas, miseriarum turba vallabit. Quae enim in temporalibus consolatio? quale in divitis gaudium? Numquid nobiscum permanens sunt? Nonne illæ sunt spinæ, quæ semen verbi suffocant? Quæ sicut acquisitæ latifundant, sic etiam amissæ contristant. Superest itaque ut in tribulatione positus peccator ad eum recurrat, in quo solo vera est consolatio, & per istius vita noetas in lectulo cordis Deum querat. Quem si primò non invenit, magis ad querendum animetur, surgit ad amorem caelestium, civitatem circumeat exultatione universa terra fundatam, interroget vigilis qui custodiunt Ecclesiam, nudetur pallio saecularis ornatus, & charitatis sagittâ interius vulneretur. Nec prius à querendo desistat, quam marenium consolatorem inveniat. Inventum autem summopere teneat, donec redemptus ope adjutricis gratia, à conscientiae eripiatur tribulatione. Si enim naufragus cupiens vitam in undis servare, semel adeptam tabulam non ante dimittit, quam fractus labore saevientium procellarum deficiat, aut vehiculi presidio adjutus, optatum littus attingat: quis in hujus maris magni & spatio si naufragio Dei non amplectatur sapientiam, cuius gubernetur prædio, regimine deducatur? De ipsa namque scriptum est: *Lignum vita est his qui apprehenderint eam: & qui tenerent eam, beatus.* Quæ est autem Dei sapientia, nisi Christus? secundum quod Apostolus ait: *Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* Teneamus ergo lignum salutis in pelago procellosa tempestatis, per quod possimus & à periculo horrende

S. Greg. Tom. III.

mortis eripi, & de tribulatione diabolicarum tentationum educi. Dat nobis magnam eruptionis nostræ fiduciam, quod subditur: [*Et in misericordia tua disperdes inimicos meos.*] Qui sint inimici humani generis, & Christianæ animæ impugnatores, superiori sati expositione declaratum est. Quos tunc clementia divina disperdit, cum eis vires nocendi adimit; cum adversus jaœla tentationis diabolice securum opponit sua protectionis. Quasi enim confusi abscedunt, cum se ad prevalendum impotentes agnoscent.

Et perdes omnes qui tribulant animam meā: XIV.
quoniam ego servus tuus sum.

C Justum est ut bonus servus à bono domino adiuvetur, contra hostiles munitur incursus, à periculo liberetur. Sed quid est quod se nominat servum, cum servus non maneat in domo in æternum? Hinc ipsa Veritas discipulis ait: *Iam non dicam vos servos, quia servos nescit quid faciat dominus ejus.* *Ioan. 15. b* Et Apostolus: *Non acceperis, inquit, spiritum servitutis iterum in timore, sed acceperis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater.* Sed sciendum, quoniam sicut sunt duo timores, ita etiam sunt duo servitutes. Est enim timor pœnam habens, quem perfecta charitas foras mittit. Est & timor *domini sancti permanens in saeculum saeculi;* de *psal. 110.* quo etiam scriptum est: *Initium sapientia timor Do-* *mini,* *Eccl. 1. b* *mi.* Et iterum: *Timentibus Deum nihil deest.* Ille igitur timor qui à charitate excluditur, ad servum non manentem in domo pertinere videtur. Timor vero sanctus servo illi convenire solebit, cui voce Dominica dicitur: *Euge serue bone & fidelis, quia Mar. 25. e* *super pauca fuisti fidelis, super multa te confitum,* *intrare in gaudium domini tui.* Quod vero ait: [*Per-* *des omnes qui tribulant animam meā,*] ad illam beatæ vite felicitatem referendum est, in qua nullum habebimus adversarium, nullum metuendum inimicum, cum absorbebitur mors in victoria, cum illa novissima inimica destruetur mors, cum immutati fuerimus, & æquales Angelis effecti. Modò enim nihil quietis aut securitatis invenire possumus, dum adhuc in nobisipsis ingemiscimus gravati, adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc nulla erit diabolica fraudis impugnatio, nullum hæreticae pravitatis dogma, nulla infidelis populi impietas, omnibus ita pacatis & compotis, ut in tabernaculis justorum sola audiat vox exultationis & salutis. Ibi sancti sine fine laudabunt Deum, & in lumine claritatis ejus exultabunt, *psal. 117.* cives effecti illius civitatis, quæ libera est, & æterna in celis. Quam non obscurant tenebre, non obumbrat nox, non consumit vetustas, non in ea rutilat *Galat. 4. 4* lumen solis, aut luna splendor, aut stellarum jubar, non ibi lucerna queritur, non lampas accenditur, non lychnus apratur. Claritas quippe divina eam illuminat, sol clarificat justitiae, lux vera illustrat, lux inquam inaccessibilis, quæ non clauditur loco, non finitur tempore, non obumbratur tenebris, *Ibid.* non variorum nocte. Hoc immenso & indeficiente & lucidissimo lumine illustrata Hierusalem sancta, quæ est mater nostra, filios abdicat tenebrarum, cives recipit pacificos; filios videlicet lucis & dici, filios adoptionis, confortes supernæ hereditatis. Nullus in eam ingreditur impius, nullus habitat iniquus, nullus intrat immundus. Muri ejus ex lapidibus *Apoc. 21. d.* construuntur vivis, portæ ejus ex optimis adornantur margaritis, plateæ ejus ex auro purissimo ster-*e. f.* nuntur, & canticum laetitiae sine fine in ea cantatur, Ibi est lux sine defectu, gaudium sine gemitu, desiderium sine pœna, amor sine tristitia, satis etas sine fastidio, solipsitas sine vitio, vita sine morte, salus si-*f. ij* ne languore. Ibi sancti & humiles corde, ibi spiritus *Dan. 3. f.*

455

S. Gregorii Expositio , &c.

& animæ justorum , ibi cuncti caeliis patriæ cives
& beatorum spirituum ordines Regem in decore suo
videntes , & in gloria virtutis ejus exultantes . Per-
fecta vigeat in omnibus charitas , una omnium lati-
tia , una jucunditas .

B one Iesu , Verbum Patris , splendor paternæ
glorie , in quem desiderant Angeli prospicere ,

456

A doce me facere voluntatem tuam , ut à spiritu tuo
bono deductus , ab beatam illam perveniam civita-
tem , ubi est dies æternus , & unus omnium spiritus :
ubi est certa securitas , & secura æternitas ; & æterna
tranquilitas , & tranquilla felicitas ; & felix suavi-
tas , & suavis jucunditas : ubi tu Deus cum Patre &
Spiritu sancto vivis & regnas per infinita sæculorum
sæcula . Amen .

Finis Explanationis S. Gregorij in septem Psalmos Panitentiales .

